



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Centesimum Vigesimum Primum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

13. Iuramentum, si requiritur ad actum tactura scriptura non est satis factum dispositioni, si iuramentum præstatur sine tactura.
14. Aetas, que requiritur ad assumendum ordinem, dicitur post septen-
- nium.
15. Infanti potest conferri tonsura, si vult transire ad monasterium, alias se-
cus.
16. Professio Monachi ad hoc, ut teneat in masculo, requiritur aetas 14. ann-
orum in feminina aetas 12. annorum.
17. Aetas apta, ad matrimonii carnale, est apta ad matrimonii spirituale.
18. Aius si habet patrem, & nepotem in potestate, nunquid pater possit re-
uocare eum ingressum, inuito Auo, vel possit offerre filium monasterio
inuito Auo.
19. Filius est magis astriclus patri, quam Auo.
20. Pater, & Mater si essent discordes, quia pater intendit offerre filium mo-
nasterio, matre inuita, & non potest.
21. Pater habet potestatem in filio, non autem Mater.
22. Ratio naturalis magis in spiritualibus, quam in ciuilibus, est serua-
da.
23. Filius naturaliter, est obligatus obedire Patri, & Matri.
24. Patris auctoritas est maior in filio, quam auctoritas Matris.
25. Filius est de solo semine Patris, nec concurrit semen maternum, Mater
non praestat, nisi formam.
26. Filius sequitur conditionem patris, non autem Matris.
27. Filius est suppositus Matri in educatione, per quadriennium.
Et quandoque accipit tutelam pro filio, mortuo marito.

Centesimum Vigesimum Primum Priuilegium.



C C L E S I A gaudet priuilegio, quod. † Nul-
lus deber intrare religionem, nisi in legitima
estate, & spontanea voluntate adeo, quod aetas
& voluntas attendenda sunt, ideo ex concilio
Maguntinensi statutum fuit, quod. † Si ali-
quis inter legitimos annos religionem intra-
uerit, consensu parentum suorum, si parentes infra annum
non reclamauerint, ad Papam, vel Episcopum, vel eius Vica-
rium, post annum ipsum non poterunt reuocare. † Si vero
post legitimos annos, per vim religionem intrauerit, & infra an-
num ipse, nec parentes eius reclamauerunt ad prædictas per-

X x 2 sonas,

3361

sonas, postea exire non poterit, cum præsumatur consentire,
 cap. 2. cum 1. de regul. trans. ad relig. Ratio potest esse quia,
 quod ab initio non valuit, tractu temporis conualescit, & hic
 4 animaduertendum, quod. † Illi proprii dicuntur haberere
 regulam, qui profitentur tria substantialia cuiuslibet religionis
 approbate videlicet paupertatem, castitatem, & obedientiam,
 ut in c. cum ad monasterium de st. regul. alii vero licet aliqua
 promittant, non dicuntur propriè habere regulam, sed potius
 quendā modum uiuendi, licet ille modus sit approbatus à Pa-
 pa, de quo vide, gl. in clem. i. de relig. dom. & in clem. cum ex
 eo de sent. excomm. Ex quo inferri potest, ad q. quotidianam
 5 quod. † Dispositio odiosa concepta erga regulares nō com-
 præhendit illos, qui non promiserunt illa tria substantialia, &
 6 ita. † Fratres sancti Francisci de tertio ordine, vel isti Iesuiti,
 vel mulieres manteliatæ, non dicuntur propriè regulares, com-
 nō compræhendantur in dispositione odiosa securis in fauorabi-
 li, quia largo modo videntur sub regula ratione promissionis,
 7 factæ superiori eorum. † Sed qui dicantur religiosi quando-
 que verba capiuntur in larga significatione, & tunc omnis Chri-
 stianus dicitur religiosus, vnde religio Christiana appellatur c.
 gaudemus de diuort. c. pro humani de homic. q̄nque capitul
 latè, & tunc compræhendit omnem hominem honeste vincentē nō
 aut quemlibet Christianū, in c. Ecclesia de const. q̄nque capi-
 minus latè, & cōpræhēdit clericos seculares c. saluator 1. q. 3.
 q̄nq; capitul stricte, & solum cōpræhenduntur illi, qui per pro-
 8 fessionē subiecerunt se Abbatis imperio. † Qui est alienus à cul-
 9 tu diuino, tanto magis deuiat ab hoc noīe. † Nam noīa debent
 esse consequentia rebus inst. de don. in s. est, & aliud c. cum se-
 10 cundū de præb. & hic not. q̄ † Clerici, & religiosi habere non
 possunt officia secularia quasi per to. ti. ne cle. vel mon. ex quo
 11 in infero, q̄ † professio facta per nietum est ipso iure nullance est
 12 opus, q̄ rescindatur, p actionē, quod metus causa. † Non vbi-
 cunq; requirit in actu spontaneus, seu liber cōsensus, nō valet
 actus si interuenit metus, pro hoc vide gl. not. 33. q. 5. in c. noti-
 ficasti c. cū locum de spon. Ratio est, quia licet coacta volūtas,
 sit voluntas, in c. merito 15. q. 1. & l. si mulier. ff. q̄ met. causa nō
 tamen est voluntas spontanea, gl. in c. Abbates quod met. cau-
 13 sa gl. in c. vt circa de ele. & li. 6. quæ dicit, quod. † Si ad actum re-
 quiritur iuramentum, cum tactura scripturæ non est satisfactū
 dispositioni si præstatur iuramentum, sine tactura, licet in veri-
 tate

14 tate; sit iuramentū sine tactura. † Sed quē etas requiritur ad
 assumendum ordinem, & dicitur, quod post septenū, & quod
 potest statim, in principio pueritiae post completam infantilē
 etatem, quae in septenio cōpletantur, gl. in c. generalem in cle.
 de et. & qual. & ibi habes rex. de etate requisita ad ordines sa-
 crostamen vide tex. in c. si. de tem. ord. li. 6. qui videtur, quod.
 15 † Etiā infanti potest conferri tonsura si vult transire ad mona-
 sterium alias secus, idonei vero ad beneficium respectu etatis,
 16 Abb. in c. super in ordinata de præbend. † Monachus ad hoc
 vt teneat eius professio requiritur in masculo etas i 4. anno-
 rum cap. significatum de regul. & transf. lib. 6. in feminis, ve-
 ro sufficit etas i 2. anno rum cap. puella 20. q. 2. Ratio diuer-
 sitatis est, quia citius pubescit femina, quam Masculus. † Vn-
 de etas apta, ad matrimonium carnale est, apta ad matrimo-
 nium spirituale. † Vnde quæstio talis assumi potest, si unus
 habet patrem, & nepotem in potestate nunquid pater possit
 offerre filium monasterio inuitu Auo, vel nuaquid pater pos-
 sit reuocare eum ingressum inuitu Auo, Inn. tenet, quod sic
 quia in spiritualibus potius est attendenda, ratio naturalis.
 19 † Sed naturaliter filius est, magis astrictus patri quam Auo,
 & hoc dictum Inn. communiter approbat, sed satis potest
 dubitari, nam cum auus habeat nepotem in potestate, nec per
 istum actum facit, ante pubertatem, potestate Aui eripitur,
 non video quomodo potest pater in præiudicium Aui, hanc
 oblationem facere, cum non possit filius, vouere in præiudicium
 paternæ potestatis, vt tenet Abb. in capitul. scripturæ
 de vot. hinc infertur alia quæstio. † Quid si pater, & mater
 esset discordes, vt quia pater intendit offerre filium in potestate
 vita, uel econtra opinio Inn. Est quod præferuris, quicquid
 contradicit, quia in re communi potior est, condicio prohiben-
 tis; vt in regul. in re communi de reg. iur. lib. 6. & in l. Sabinus
 ff. communi diuid, tamen dicendum est, quod. † Pater est
 præferendus cum habebat filium in potestate, & non mater,
 vt inst. de pat. potest Inn. tamen residerit in opinione sua assi-
 gnathanc. † Rationem, quod in istis spiritualibus magis sit
 seruanda ratio naturalis, quam civilis, nam patria potestas est
 de jure. † Naturaliter enim filius obligatus est obedire ma-
 tri, sicut patri, motus ex illo Dei præcepto, honorare patrem,
 & matrem, & si auctoritas tanti viri talis & tanta sit mihi
 una cum ceteris, vt ei acquiescere licet, tamen mihi non
 placet.

placet, quia nō videtur, quod in subiecta materia procedat ar-
 ligumentū allegare illud prēceptū, quod tenetur honorare pa-
 trē, & Matrē, habet locum, quo ad mores filiorum, non propte
 readatur intelligi, quod pater, & mater habeant æqualem au-
 toritatem, & potestatem in filium. † Quia absque difficul-
 tate maior est auctoritas patris, quam Matris, & quod ita res
 se habeat, videmus in practica seruandum. † Quia filius, est
 de solo semine patris, nec cōcurrerit semen maternum, nam Ma-
 ter non pr̄st̄t nisi formam, & ita audiui à pluribus obstetrici-
 bus, que in casu mortis parturientis, ceso eius ventre, viderunt
 matricem, & ita concluserunt, quod filii sunt duntaxat patris,
 & hęc opinio fuit à peritis Medicis approbata, & quod hęc opi-
 nio sit communis apud nos percipi potest. † Quod filius se-
 quitur conditionem patris, non autem matris, l. assumptio ff.
 ad l. municip. de incol. & ex omni causa est suppositus patria
 potestati, nec memoria teneo vidisse in iure, quod. † Filius
 sit suppositus Matri, nisi in educatione per quadriennium, l. r.
 ff. vbi, & apud quę pupil. Et in casu mortis paternae, quia tunc
 mater judicialiter accipit tutelam, l. r. C. quando nul. offic. tu-
 fung. Ideo residet in opinione cōtraria Inn. Ex his habes, quod
 ad ingrediendam religionem artas, & voluntas requiruntur, &
 quod post ingressum impuberis elapso anno, eum parentes,
 non possunt reuocare, pubes vero per vim ingressus post an-
 num exire, nec à parentibus reuocari, potest.

S U M M A R I V M.

- 2 Maritus si inuita uxore professionē fecit, & ei postea restituitur, non com-
pellitur mortua uxore ad monasterium redire, matrimonium tamen
contrahere non debet.
- 2 Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, & conuerso.
- 3 Votum obligat illum, qui est in potestate, id est ad faciendum id, quod est
in sua potestate.
- 4 Obligatio est reciproca inter maritum, & uxorem.
- 5 Uxor potest vendicare maritum de iure diuino, cum eum in sua potestate
habeat.
- 6 Uxor dans licentiam marito ingrediendi monasterium, ipsa censeatur no-
nisse castitatem.
- 7 Uxoris sola licentia non sufficit, ut professio mariti teneat.
- 8 Mariti ingressus in religionem non potest irreuocabiliter fieri, nisi uxor

- 9 Matrimonium consummatum, non rumpitur per ingressum religionis.
 Secus si matrimonium non est consumatum.
- 10 Votum, si impeditur aliquo facto iutrofoco, non obligatur vovens ad impedendum, etiam cessante impedimento.
- 11 Filius familiæ, an teneatur adiutorum, postquam fuerit liberatus à patria potestate, si uolum erat tale, quod non poterat, sine consensu patris exequi.
- 12 Regula illa, si non ualeat quod ago, ut ago, in materia uoti ualeat, ut nare potest.
- 13 Continentia castitatis includitur sub ingressu religionis.
- 14 Maritus, qui fuerat ingressus in religionem, post mortem uxorius, teneatur redire ad monasterium.
- 15 Religiosus habitus non est illudendus.

Centesimum Vigesimum Secundum Priviliegium.

ECCLESIA gaudet priuilegio, quod. † Qui inuita vxore, professionem fecit, & ei postea restituitur, non compellitur mortua vxore, ad monasterium redire, matrimonium tamen contrahere non debet, inuita ergo vxore, qui dam ingressus monasterium, coactus est ad eam redire, tandem mortua est illa, queritur utrum debeat compelli ad monasterium reuerti, an possit aliam accipere vxorem. Respondet Papa, q[uod] votum non tenuit, unde ratione voti ad monasterium non tenetur redire, tamen ulterius non poterit vxorem accipere, quia promisit se non exigere debitum carnis quod fuit in eius potestate, & quantum ad hoc tenuit votum, sed non reddere non erat in potestate viri, sed uxoris, unde dicit Apostolus. † Vir non habet potestatem sui corporis sed mulier, & è conuerso, ca. quidam intravit, de conuersi coniug. 3 Ratio esse potest. † Quia votum meum obligat me ad id, quod in me est, ideo cum mutuâ seruitutem sibi debeant vir, & mulier, & ex quo sunt duo in carne una, votum non tenuit, respectu primæ uxorius mortuæ, sed respectu futuri matrimonii ad quod transire non potest, quia votum tenet, hic considerandum est, quod. † Inter maritum, & uxorem contrahitur reciproca, id est repetita obligatio, nam maritus obligatur uxori

&